UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Didymo. 201.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

cenſet, eaque calamitates illas, quæ pòſt euenerunt, conflauiſſe pronunciat. Nam alioqui pœnitentiæ lachrymæ non modò reprehenſione carent, verùm etiam Deo, thymiamatis inſtar, grataæ ac iucũdæ ſunt. Veſtimenta autem ligata, atque altare obuelantia, quanta ipſorum animus diuini numinis contemptione laboraret, indicabant. Nam cùm lex ediceret, vt diuinum templum puris atque ingentis pretij materiis exornaretur, ipſi contrà impuras ac ſordidas veſtes circa ſanctius adytum alligantes, contumeliæ notam templo inurebant: non modò inter purum & impurum minimè diſtinguentes, ſed ne quidem inter Deum & res impuras diſcrimen vllum ſtatuentes. Quæquidem etiam ipſis tot malorum fontes aperuerunt.

Pœnitentiæ lachryma Deo grata.

Exod.25.

Ezechiel. 22.

χῶν ταῦτα τυγχάνειν ἀποφηνάμενος αἴτια. τὰ γὰρ τῆς μεταγνώσεως δάκρυα, οὐ μόνον ἀκατηγόρητα, ἀλλὰ καὶ ἡδέα ἐστὶ τῷ θεῷ, ὡς θυμίαμα. τὰ δὲ ἱμάτια τὰ δεσμούμενα, καὶ τὸ θυσιαστήριον καταπετάζοντα, τὴν καταφρονητικὴν αὐτῶν περὶ τὸ θεῖον ἐμφαίνει διάθεσιν. τοῦ γὰρ νόμου ἐκ καθαρῶν καὶ τιμίων ὑλῶν τὴν περὶ τὸν θεῖον νεὼν τάσσοντος διακόσμησιν, αὐτοὶ ῥυπώσας καὶ ἀκαθάρτους ἐσθῆτας περὶ τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων δεσμοῦντες καθύβριζον τὰ ἀνάκτορα. μὴ μόνον μεταξὺ καθαροῦ καὶ ἀκαθάρτου μὴ διαστέλλοντες, ἀλλὰ ἀνὰ μέσον θεοῦ καὶ ἀκαθάρτων μὴ διακρίνοντες, ἅπερ αὐτοῖς καὶ τῶν τοσούτων κακῶν τὰς πηγὰς ἀνεστόμωσε.

Didymo. 201.

Cælorum regnum fermento comparatum eſt: hoc eſt Domini ac Saluatoris noſtri incarnationi peccati omnis experti, quæ vniuerſum terrarum orbem conſperſit: & vnius corporis ex noſtra ſubſtantia atque à Dei genitrice Maria ſumpti, coagmentationi, quæ homines omnes qui ab orbe condito extiterunt, ad nouum ortũ renouauit.

Matth.13.

Ioan.3.

Διδύμῳ. σα.

Ζύμῃ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀφωμοίωται, τῇ τοῦ κυρίου καὶ σωτῆρος ἡμῶν ἀναμαρτήτῳ σαρκώσει, ἀναφυρασάσῃ τὸν ἅπαντα κόσμον καὶ ἑνὸς σώματος ὑποστάσει, ἐκ τῆς ἡμετέρας οὐσίας καὶ τῆς θεοτόκου Μαρίας ληφθέντος τὴν ἀπ᾽ αἰῶνος ἀνθρωπότητα, εἰς παλιντοκίαν ἀνακαινισάσῃ.

Macario Epiſcopo. 202.

Rectè quidem, vt mihi perſuadeo, nouos eccleſiæ miniſtros inſtituis: malè autẽ eoſdem laudas. Vide ne huiuſmodi laudibus inflectantur, contentioniſque ſuauitate ſpolientur, illiſque hoc inanis opinio atque arrogantia afferat, vt intentionis animique neruorum iacturam faciant.

Præpoſtera laus animos eneruat.

Μακαρίῳ ἐπισκόπῳ. σβ.

Καλῶς μὲν ἄγεις τοὺς νέους τῆς ἐκκλησίας λειτουργοὺς πέπεισμαι, κακῶς δὲ τούτους ἐπαινεῖς. πρόσεχε μὴ τοῖς ἐγκωμίοις ἀνακλιθῶσι, καὶ τῶν τόνων τὸ ἡδὺ συληθῶσιν, οἰήσει τὴν συντονίαν ζημιωθέντες.

Zenodoto. 203.

Cùm & Noë agriculturæ ſuæ periculũ fecerit, ignorans quidnam ex vino ipſi accidiſſet, & Lot item à vino in amẽtiam inflexus ſit, Paterque in ſenili ætate haud ſponte ac voluntariè factus ſit, & Herodes temulentiæ ludus effectus, magni Ioannis

Geneſ.9.

Geneſ.19.

Matt.14.

Ζηνοδότῳ. σγ.

Εἰ καὶ Νῶε τῆς οἰκείας γεωργίας πεπείρατο, ἀγνοήσας ὃ πέπονθεν ἐξ οἴνου. καὶ Λὼτ εἰς ἄνοιαν ἐκλίθη ὑπὸ οἴνου, καὶ πατὴρ ἐν γήρει ἀβουλήτως γεγένητο. καὶ Ἡρώδης μέθης γενόμενος παίγνιον, τῷ τοῦ μεγάλου Ἰωάννου

ἀβούλητος

αἵματι